



## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Tractatvs De Necessitate Et Modo Ministrandi Sacramenta Tempore pestis**

**Chapeauville, Jean**

**Mogvntiæ, 1612**

9. Vtrum pastores teneantur omnibus peste infectis contrahere volentibus  
præsentiam suam exhibere?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41077**

*a Mastar. de  
probationib.  
conclus. 3.*

R. Si oppositio fiat à tertio illi incumbet probatio: si vero à proprio parocho, transfertur onus probandi in ipsos contrahentes & externum sacerdotem.

### Q V A E S T I O I X.

*Vtrum Pastores teneantur omnibus peste infectis  
contrahere volentibus præsentiam  
suam exhibere?*

Quæstionis explicatio.

**D**iximus, qui tenentur assistere matrimoniis peste infectorum: Sequitur ordine, ut dicamus, quorum matrimoniis pastores aut eorum substituti teneantur assistere, an omnium, an aliquorum tantum. Non enim desunt, quæ ex hac parte videntur subinde pastorem ab huiusmodi assistentia, tempore pestis excusare.

*Responso.*

**T**enentur omnibus præsentia adhibere per se vel substitutum, nisi contrahere volentes impeditum aliquod habent, quod pastorem excuset. Probaturiis rationibus, quibus ostendimus reliqua sacramenta ministrari debere omnibus ilarite & legitime petentibus, pro omnibus enim aequaliter à Christo sunt instituta, & fi- deles ad illa ius habent, quo sine legitima causa priuari non possunt. Neque obstat,

*que*

quod pastoris non sit ministrare hoc sacramentum, quod sufficit presentiam illius ut que adeo necessariam esse, ut sine illa matrimonium celebrari non possit. Addimus, (*nisi contrahere volentes habeant impedimentum*) quia si pastor sciat impedimentum subesse, puta ordinis, voti, religionis, consanguinitatis, vel alterius, quod matrimonium non solum impedit, sed etiam annullat, excusat, imo vero praesentiam adhibendo, iniuriam infert sacramento, ut patet.

Dices: Quid si subsit impedimentum, quod vocant temporis clausi, puta aduentus vel quadragesimae, quibus ecclesia vetat matrimonium contrahere, excusat, ne pastor ab assistentia matrimonio exhibenda pro illo saltem tempore?

R. Si periculum est in mora, nec possit adiri commode superior, quia timetur, ne peste infectus moriatur, & e salute illius est, matrimonium cum concubina quam amat, contrahi, non excusat, imo vero tenebitur suam praesentiam exhibere, quo salvati sui subditii in ea spirituali necessitate constituti, consulat, ut ex superiorib. facile colligi potest.

Q V AEs